

APPENDICE V *Incrementa in progressu recognitionis can. 196 CIC 1917*
 Legenda: *corsivo* = proposte; tondo = testo base; **grassetto** = modifiche al testo

VOTA		CPPM, Sessio VI, 9-13 nov. 1970															
CIC 1917	G. BERTRAMS Votum (28.04.1970)	P. HUIZING Votum	Onclin	Mörsdorf	Onclin	Mörsdorf, Onclin		Bertrams, Mörsdorf	Onclin	Mörsdorf	Onclin, Mörsdorf	Bertrams	Onclin	Mörsdorf	Bertrams	Onclin	Lombardía
Can. 196 Potestas iurisdictionis seu regiminis quae ex divina institutione est in Ecclesia, alia est fori externi, alia fori interni, seu conscientiae, sive sacramentalis sive extrasacramentalis.	2. In can. 196 dicitur potestatem iurisdictionis seu regiminis esse fori externi et fori interni. Iure igitur hac ratione effertur potestatem etiam fori interni esse potestatem iuridicam. Attamen, hoc supposito, non videtur opportunum esse, ut potestas fori interni dicatur etiam: potestas fori conscientiae. Etenim, haec terminologia videtur conferre ad opinionem (errata quidem, sed saepe prolatam) potestatem fori interni esse indolis moralis tantum, non autem iuridicae. Negandum non est, quod saepe consultationes de rebus conscientiae habentur, quae indolem iuridicam non habent; neque aliquid impedit, ut tales consultationes dicantur haberi in foro interno; attamen in hisce casibus non agitur de exercenda potestate fori interni, quae, ut iam dictum est, habet indolem iuridicam. Praeterea verum est etiam, quod, si causa personalis fidelium ordinata est saltem in foro interno, scilicet per actum iurisdictionis pro foro interno, haec causa etiam in conscientia de se est ordinata; aliis verbis, consequenter ad respectivum actum iuridicum fori interni pax conscientiae est constituta; sub hoc aspectu denominatio fori interni tamquam forum conscientiae sensum habet. Attamen, puto, propter periculum concipiendi forum internum tantum indolis moralis, in CIC forum internum non deberet dici forum conscientiae.	...«alia est fori externi, alia fori interni»: non est verum: non sunt duae potestates iurisdictionis distinctae, sed una eademque potestas iurisdictionis exercetur sive in foro externo, sive in foro interno. Ipsa potestas sacramentalis in foro externo exerceri potest, ut olim in poenitentia publica et hodie in absolutionibus publicis.	In Ecclesia, recolet Rev.mus Relator, duplex distinguitur potestas: illa quae relationes inter homines et illa quae relationes inter homines et Deum regulat; id est potestas propria quae est Ecclesiae uti societas et potestas ministerialis, seu vicaria, quam nomine Dei Ecclesia exercet, et vi cuius, ex. gr., Summus Pontifex dispensat in lege divina sicuti in casu de matrimonio rato et non consummato, de dispensatione a votis. Rev.mus Onclin quaerit num non expediat distinctionem de qua supra, in novo Codice introducere.	Rev.mus Mörsdorf a sententia Rev.mi Onclin discrepat: omnis in Ecclesia potestas a Christo Domino provenit, prout caput Ecclesiae; Ecclesia est semper communio supernaturalis et etiam res naturalis semper debet quodammodo baptizari. Concilium Vaticanum II de complexa realitate loquitur.	Et insuper [quaerit] an supprimenda sit, vel non, locutio «fori conscientiae», cum ansa difficultatibus et erroribus praebet; vel dicendum sit quod pro foro interno et externo, aut tantummodo pro interno exercetur.	Formula, qua Codex utitur, notat Rev.mus Mörsdorf «alia...» est nimis oppositiva. Concordat Rev.mus Onclin qui animadvertit eandem esse potestatem quae variis modis exercetur.	Circa suppressionem locutionis «fori sacramentali et extrasacramentali» omnes concordant, tamen in rationibus non conveniunt.	Rev.mi Bertrams et Mörsdorf, quia quae in sacramento exercetur est potestas ordinis, et ideo in exercitio potestatis quae pro foro sacramentali exercetur, duo elementa sunt praesentes: potestas sive ordinis sive iurisdictionis.	Determinandum insuper est quid intendi debeat, animadvertit Rev.mus Onclin, pro foro externo et quid pro foro interno, an scilicet actus valeat tantum pro persona cui dirigitur, et non quoad alios.	Distinctionem inter forum externum et internum saepe falsam esse, sustinet Rev.mus Mörsdorf, qui tenet distinguendum esse potius inter Ecclesiae actiones et effectus actionis, ita ut eadem potestas Ecclesiae pro foro externo et interno sacramentali et extrasacramentali operatur.	Rev.mus Onclin sustinet potestatem pro foro interno sacramentali esse tantum potestatem ordinis, quod negat Rev.mus Mörsdorf, iuxta quem actio Ecclesiae in foro interno bonum privatum personarum physicarum, quae ad Ecclesiam recurrunt, respicit. Hoc, prosequitur Rev.mus Mörsdorf, etiam historice probatur de vera «popularitate». Quoad effectus: si Ecclesia in foro interno operatur, minime est tantum ad conscientiam consulendam; actus in foro interno positus quodammodo effectus in foro externo habet. Sicuti, ex. gr., in casu dispensationis impediti dirimentis occulti, sic, quandoque in poenarum absolutione.	Rev.mus Bertrams notat agi de effectu conditionato pro foro externo, si recognoscitur.	Animadvertit Rev.mus Onclin quod esset nimis dicere «pro foro interno» ita ut pro foro externo non valeat. Melius est dicere quod effectus non habet quoad alium, nisi in quantum iuridice recognoscitur, aut saltem aliis notum non fiat.	Sicuti accidit, notat Rev.mus Mörsdorf, pro matrimonio conscientiae.	Tamen, adiungit Rev.mus Bertrams, in casu citato agitur de actu potestatis pro foro externo posito, etsi cum obligatione secretum servandi. Et revera sunt casus conflicti fere insolubiles inter forum internum et externum.	Agitur ideo, concludit Rev.mus Onclin, de actibus pro foro interno positis, ita quidem ut effectus in foro externo, erga alios, non recognoscuntur, nisi in quantum iuridice firmantur.	Ill.mus Lombardía subiungit quod praebenda sunt oculis habenda sunt principia directiva a Synodo Episcoporum approbata ubi de foro interno et externo agitur.

CPPM, Sessio VI, 9-13 nov. 1970			CPPM, Sessio VII, 26-30 apr. 1971								CPPI, Sessio VIII, 4-8 ott. 1971								
Onclin	Onclin	Textus propositus (Onclin)	Onclin	Bertrams	Mörsdorf, Onclin	Onclin	Mörsdorf	Onclin, Bertrams	Textus emendatus Placet omnibus	Textus emendatus	Onclin	Lombardía	Mörsdorf	Onclin	Lombardía	Huizing	Mörsdorf		
Rev.mus Onclin proponit ut ea quae in can. 202 continentur ut par. 2 can. 196, etsi alio modo exprimenda, ponantur; scilicet: actus potestatis regiminis positus pro foro externo valeat quoque pro foro interno, non autem e converso.	Res tamen pacifice ab aliis non accipitur, quia distinctione inter forum internum et externum conflictus redditur perennis et consequenter calamitas confusionis inter forum internum et forum conscientiae.	Rev.mus Onclin proponit ut omittatur ex eo quod omnia actus pro foro externo posita, cum persona sit externa, de se etiam obligatio iuridica de se etiam obligationem moralem secumfert. Demum Rev.mus Onclin notat quod haec quae de potestate regiminis dicuntur rectius et aptius in normis generalibus locum habere deberent.	Can. 1 Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata , quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, exercetur sive pro foro externo et interno simul, sive quandoque pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos huius potestatis exercitium natum est habere in foro externo non recognoscantur, nisi postea pro eodem confirmantur.	Alia longa instauratur disceptatio, an scilicet dici debeat «pro foro» vel «in foro», cuius in fine convenitur quod ad potestatis regiminis exercitium quod spectat dicitur «in foro»; quoad huius exercitii effectus, id est actum iurisdictionis, dicitur «pro foro».	Ideoque dici debet, notat Rev.mus Onclin, «sive quandoque pro foro interno», quia exercitium in foro externo semper habetur.	Rev.mus Bertrams animadvertit quod etiam si actus fit secretus, est semper fori externi.	Aliter sentit Rev.mus Mörsdorf, cui tamen contradicit Rev.mus Onclin, qui sustinet quod actus iuridicus est semper fori externi etsi effectus ad solum forum internum est limitatus, uti demonstrant canones qui S. Poenitentiarum respiciunt. Rev.mus Mörsdorf insistit: duo fora dantur, sed una potestas iuridica quae in duobus exercetur; functio quae pro foro interno exercetur est exercitium potestatis gratiosae.	Rev.mus Onclin insistit ut dicatur «sive pro foro externo, sive quandoque pro foro interno».	Rev.mus Mörsdorf replicat quod potest dici, sed non debere et dicitur sine particula «sive», ita ut habeatur «pro foro externo, quandoque pro gratis elargiendis pro foro interno».	Negant firmiter Rev.mi Onclin et Bertrams quod in foro internum actus gratiosos dari.	Can. 1. Potestas regiminis etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, exercetur sive pro foro externo, sive quandoque pro foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere (,) pro foro externo non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.	Can. 1. Potestas regiminis etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, exercetur sive pro foro externo, sive quandoque pro foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere (,) non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.	Rev.mus Onclin locutioni «pro foro interno» proponit ut adiungatur «solo»; et dein dicitur: «natum est habere etiam pro foro externo, in hoc autem foro non recognoscatur...».	Consentit Ill.mus Lombardía quia formula est magis clara et doctrinalis, etsi indiget ulteriore consideratione.	Rev.mus Mörsdorf proponit ut particulae «sive ... sive» deleantur et dicatur «ordinarie» pro foro externo et «exceptionaliter» pro foro interno.	Non placet Rev.mo Onclin adverbium «ordinarie» qui non sufficit et praefert vel «regula generali» vel «de se».	Ill.mus Lombardía proponit ut simpliciter dicatur «pro foro externo», quia hoc modo clare omnia intelliguntur et loco «exercetur» dicatur «exerceri valet». Post sat perlongam disceptationem Ill.mus Lombardía declarat formulam primigeniam textus se praefere sed cum adiunctione verbi «solo» ad forum internum quod attinet. Rationem ita explicat: textus canonis nimis doctrinalis evaderet et interpretatione legitimas – uti ex. gr. de natura effectus – coarctare potest. Nihil habet de se contra alias propositas formulas, sed illam primigeniam praefert.	Rev.mus Huizing proponit ut verba «quos eius... habere» supprimantur et dicatur tantum: «ut effectus pro foro externo non recognoscantur, nisi...».	Contradicit Rev.mus Mörsdorf ex eo quod formula «quos eius exercitium natum est habere» pulcherrimam videtur praecise ad effectus eorumdemque naturam quod attinet et proponit ut adiungatur, post «effectus», verbum «iuridicos», quia proprie de effectibus iuridicis agitur.

CPPI, Sessio VIII, 4-8 ottobre 1971							CPPI, Sessiones X, 13-17.11.1972; XII, 12-16.3.1973	CNGPPI Sessio XIII 13-17.05.1974	PCCICR	PCCICR	PCCICR	Consultazione sullo schema del 1977 (1978-1979)	
Huizing, Onclin, Lombardía	Mörsdorf	Lombardía	Textus propositus (Onclin)	Huizing	Mörsdorf	Textus propositus (Onclin) et approbatus	Canones approbati a CPPI (Fascicolo aprile 1973)	Placet	Schema canonum libri I Normae generales (1974)	Schema canonum de Normis generalibus (1977)	Schema canonum de Normis generalibus (1977)	Sacra Penitenzieria Apostolica	FTIS
<i>Rev. mus Huizing vellet ut adiungatur «in hoc tamen foro non recognoscatur». Concordat Rev. mus Onclin et Ill. mus Lombardía.</i>	<i>Rev. mus Mörsdorf sustinet contrapositionem inter utrumque forum satis enuntiari per particulas «de se» et «quandoque».</i>	<i>Ill. mus Lombardía, ut magis praesumptio pro foro externo concrete eluceat, suggerit ut adiungatur «nisi constet eandem exerceri pro solo foro interno».</i>	<i>...in Ecclesia, exercetur pro foro externo, nisi constet eandem exerceri pro solo foro interno, ita scilicet ut, salvis casibus iure statutis, effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo in hoc foro non recognoscantur.</i>	<i>Rev. mus Huizing loco «statutis» praefert «exceptis».</i>	<i>Rev. mus Mörsdorf notat pro foro interno tantum exercitium exceptionale adesse; observat insuper necessariam esse in textu prius distinctionem inter duo fora enuntiari, dein modum exercitii statuere, ubi praecise locum habet praesumptio pro foro externo.</i>	<i>Rev. mus Onclin proponit igitur hanc alteram formulam, quae, tandem aliquando, omnibus placet. Can. 1 Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>	<i>De potestatis regiminis exercitio</i>	<i>Titulus V De potestatis regiminis exercitio</i>	<i>Titulus V De potestatis regiminis exercitio</i>	<i>Praenotanda Titulus V De potestatis regiminis exercitio</i>	<i>Titulus V De potestatis regiminis exercitio</i>	<i>Propone di elidere le espressioni comprese tra «così che... sia stabilito dal diritto», perché «sembrano voler dare una definizione di foro interno, che differirebbe dal foro esterno relativamente agli effetti. Niente si dice invece della diversità dei «oggetti» della potestà e dei «modi» di esercitarla. Non vi sarebbe difficoltà perché il testo del can. 97, così come ora è redatto, possa essere accettato, purché – come è ovvio – sia rettamente inteso e non si escludano i diversi «oggetti» della potestà per il foro esterno e per il foro interno; né si imponga lo stesso «modo» di agire in entrambi i fori.</i>	<i>Si osserva semplicemente che risulta macchinoso per la sintassi, per la struttura e per la terminologia e si suggerisce di «fermare il testo a «pro solo foro interno» lasciando il resto alla dottrina.</i>
						<i>Can. 1 (CIC 196) Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>	<i>Can. 97 (CIC 196) Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>	<i>Can. 96 (CIC 196) Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>	<i>«Notetur quoque in schemate non contradistingui potestatem regiminis fori externi et potestatem fori interni seu conscientiae (uti fit in CIC, can. 196). Re quidem vera, potestas fori externi et potestas fori interni, secundum hodiernam doctrinam et de unanimi omnium conscriptorum sententia, est eadem potestas regiminis, cuius vero exercitii effectus possunt esse diversi. De se seu communiter exercitium huius potestatis effectus producit pro foro interno (relate ad ipsam personam in causa) et pro foro externo (erga omnes alios). Potest autem fieri ut pro solo foro interno, i.e. relate ad personas in causa tantum, effectus producat, scilicet potest fieri ut effectus exercitii limitentur ad ipsas personas in causa et ut illi effectus non extendantur ad alias personas aut ab aliis personis non cognoscantur. Hoc in casu exercetur haec potestas pro solo foro interno. Ceterum non potest haec potestas quae pro solo foro interno exercetur dici fori conscientiae. Itaque, potestas regiminis qua conceditur sic dicta iurisdictione ad confessiones, nunc dicitur et rectius appellatur facultas ad confessiones audiendas (cfr. Schema de Sacramentis, can. 136)».</i>	<i>Can. 97 (CIC 196) Potestas regiminis, etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>			

Consultazione sullo schema del 1977 (1978-1979)								CNG, Sessio III s. a.26 nov.-1 dic. 1979		CIC 1983
Facoltà di Diritto Canonico dell'Università di Navarra	Faculty of Theology, St. Patrick's College Maynooth	CE Australia	Conferenza Episcopale canadese	CE India	PUG	CE Italia	Onclin «Animadversiones systematicae exponens»			
<i>Quae cum ita sint, magis nobis arridet locutionem «forum internum» delere vel eam penitus identificare cum «foro conscientiae», sequentem ob causam: materia qua in Praenotandis «foro interno» tribuitur tantum sese refert ad regulationem situationum privatorum analogarum illis quae in quacumque ordinatione iuridica existunt, et, ut perspicuum est, ad forum externum in dimensione privata pertinent. Applicare in iure canonico regulationi earum situationum locutionem «forum internum» inutile esset et confusionibus ansam praeberet propter conceptum inertiam, cum forum internum semper intra se forum conscientiae amplectatur. Quod proponimus igitur exprimi potest: Potestas sic dicta regiminis, fori interni seu conscientiae potestatem in se continet, nec non et fori externi seu conscientiae, alia fori externi, quae potestas iurisdictionis vocatur».</i>	<i>Can. 97 omits the rule of Code canon 202 § 1 (collata pro foro externo valet quoque pro foro interno). This could be remedied by the amending of de se exercetur pro foro externo to de se exercetur pro utroque foro (see praenotanda, pag. 8, middle of the paragraph beginning «Notetur».</i>	<i>On this same theme, we deplore the lapses into alternative terminology (potestas iurisdictionis in can. 97; and potestas administrativa in «De Populo Dei» canons 281 e 308) since this lapses immediately undermine the principles of clarity and simplification which were the professed objectives of the Commission.</i> <i>The alleged synonym «etiam... vocata» should be eliminated».</i>	<i>La notion de juridiction ou «potestas». Des changements très importants ont été introduits dans le titre V du schéma en ce qui a trait à l'exercice du pouvoir de gouvernement. Toutefois, de sérieuses questions surgissent au sujet de toute cette matière qui ne semble pas avoir été clairement élaborée. Le canon 96 réfère à la «potestas regiminis». Puis, au canon 97, les mots «etiam potestas iurisdictionis vocata» sont employés, en dépit du fait que ce fut l'intention expresse de la Commission de réserver ce vocable «actes de juridiction» pour les actes relatifs à l'ordre judiciaire. Le canon 97 traite de l'exercice de ce pouvoir tant au for interne qu'au for externe. Il y a lieu de se demander sur quel principe pourrait s'appuyer un Ordinaire qui accorderait la faculté pour entendre les confessions si sa juridiction au for interne ne s'étendait pas également au for sacramentel. Compte tenu du contexte, il semblerait que serait en vertu de son pouvoir exécutif (schéma, canon 102). Toutefois, au canon 139, paragraphe 2 du schéma sur les sacrements, la loi traite des modérateurs gaudens du pouvoir exécutif de gouvernement. Nous sommes d'avis que ces points nécessiteraient plus de coordination» [...] La distinction que le schéma établit entre le for interne sacramentel et le for non sacramentel est un point utile à maintenir. Le canon 97 ne prend position en ce qui a trait aux «facultés requises pour entendre les confessions». Bien que le pouvoir découlerait de l'ordination, la faculté serait accordée par l'évêque. Mais en l'occurrence, l'évêque accorderait cette faculté en vertu de son pouvoir au for externe. Cet était de choses ne semble pas être très logique.</i>	<i>Not entirely clear. Is the intention: «... de se exercetur pro foro tam externo quam interno, quandoque tamen pro solo foro interno... (etc.)»?</i>	<i>Tandem, quo sensu affirmatur potestatem regiminis, quae etiam iurisdictionis vocatur, de se exerceri (dumtaxat?) pro foro externo?</i> <i>Haec affirmatio sapit doctrinas civilisticas plus quam traditionem theologico-canoniam.</i>	<i>L'inciso del can. 97 (... etiam potestas iurisdictionis vocata, quae quidem ex divina institutione est in Ecclesia, ...) andrebbe collocato nel can. 96, cioè dove per la prima volta si parla della «potestas regiminis» e se ne individuano i soggetti.</i>	<i>Difficile videtur locutionem «forum internum» identificare cum locutione «forum conscientiae», quia semper fuerunt in iure canonico locutione «forum internum non sacramentale» et «forum internum sacramentale». Forum sacramentale ad forum conscientiae pertinere videtur, non autem forum non sacramentale. Servanda ergo videtur distinctio et servanda sunt criteria uti p. 8 exposita sunt et plerumque consultores admittunt.</i>	<i>Non accipitur propositio identificandi forum internum cum foro conscientiae, ubi homo solus et immediate coram Deo stat, quia eadem res non est ac forum internum sacramentale (Mörsdorf). Adest separatio iuridicum et forum conscientiae, etsi, ex gr., decretum in foro externo datum conscientiam quodammodo liget. [...] Consideratis animadversionibus, canon admittitur uti est, demptis verbis «etiam potestas... in Ecclesia». Neque accipitur propositio S. Paenitentiarum adiungendi aliam § — «Si forum pro quo potestas data est expressum non fuerit, potestas intelligitur concessa pro utroque foro, nisi ex ipsa rei natura aliud constet» — quia hic de exercitio potestatis agitur, dum in proposita de facultatis concessione tractatur.</i>	<i>Textus approbatus Titulus V De potestate regiminis</i>	<i>Liber I Titulus VIII De potestate regiminis</i>
									<i>Can. 97 (CIC 196) Potestas regiminis de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>	<i>Can. 130 Potestas regiminis de se exercetur pro foro externo, quandoque tamen pro solo foro interno, ita quidem ut effectus quos eius exercitium natum est habere pro foro externo, in hoc foro non recognoscantur, nisi quatenus id determinatis pro casibus iure statuatur.</i>